

In Catilinam I.2

o tempora, o mores! senatus haec intellegit, consul videt; hic tamen vivit.
vivit? immo vero etiam in senatum venit, fit publici consili particeps, notat
et designat oculis ad caedem unum quemque nostrum. nos autem fortes viri
satis facere rei publicae videmur, si istius furorem ac tela vitemus

Notes

nostrum: a form of the 1st person plural pronoun, = 'of us'

facere: an infinitive ('to do X') form: from which verb?

vitemus: a subjunctive: for translation purposes here, treat as if it were
vitamus.